

V. *Experimentum Anatomicum ad veram Duræ Matris motus causam detegendam institutum, ab H. Ridley. M. D. & Reg. Coll. Medic. Lond. Socio. Sept. 20. 1703.*

Cum novam plane, & ab ea quam olim in *Anatomia mea de Cerebro Cap. 6.* evulgata protuleram alienam, de motu illo Duræ matris reciproco qui in vulneribus cerebri, vel in Animalium vivorum sectione visui se offert, a Cl. Viro Domino Georgio Baglivo Theor. in Roman Archilyc. Professore excogitatum in specimine suo *Quatuor Lib. de Fibra Motrice* edito sententiam nuper legerim; mearum partium esse duxi, (nullo prorsus ad confectanea illa quæ illius hypothese nitantur respectu habito, quæ adhuc forsitan licet aliunde quam a se ipsa, uti in sequentibus innuiturus sum, motum suum Membrana hæc mutuatur, veritate sua gaudeant) ut eorum gratia qui hætenus sententiæ meæ acquieverunt, denuo quod super hac re statuissém ad examen revocarem; eo scilicet fine, ut eos vel ab errore in quem culpa mea incidissent extricarem, vel ab aliorum præmuniem.

Quid igitur hic statuit Cl. præfatus vir videre est, præterquam in pluribus aliis libri sui locis, p. 20. ubi hæc sunt. *Quo pæro viso, statim suspicari capimus quod Dura Mater fortes eos atque ordinatos motus non effecerit per arterias quæ in ipsa disseminatæ sunt, verum per suam præcipuam texturam quæ cum textura Cordis emulatione contendit; uti etiam paulo supra Cor Cerebri eam vocat. Postea p. (viz.) 29. Sequens est, Quare causa pulsus Duræ matris in tota ejus mole & præcipue in ejus substantiâ est, nec ab extra quæsita.*

Quid ego, qua autoritate, & quo experimento hæc sententia, in sequentibus e vernaculo sermone quo liber meus præfatus transcriptis Cap. predicto.

*Hiscæ snubus e veteribus plurimi, uti etiam e recentioribus a-
li not, speciatim Cl. Willifus & Vieussenius Systolen more Arte-
riarum a quibusdam uti senserunt arteriis in iis terminantibus
oriundam attribuerè. Cum autem de horum assertione ali uan-
tulum ambigebam, experimento sequenti, quo controversiæ finem
imponerem, usus sum. Ligato apteque Composito cane, & por-
tione quadam Cranij ejus sublata, nullam oraxino oculis conspiciere
potuimus vel duræ matris, vel ejus sinus longitudinalis pulsati-
onem; Postea vero tantilla mora injecta, e predicto sinu fortuito
ferri cadentis usibus aliis destinati occursum disrupto, violenta
sanguinis insequenti effusione, non nisi post insignem vasorum de-
pletionem salienter profluxit sanguis cum Pulsu istius Sinus
totiusque Membrane sat notabili. Sinum hunc per totum ejus
longitudinem dissecuri, (irrito licet prorsus conatu) quo forsitan ex
Salienti rivo cruoris aliquarum arteriarum insertionem (quarum
plures juxta Vieussenium & ante illum a Doctissimo Wepfero illi
insertas fuisse per natopsiam dicebantur) interno scirem.*

*Hinc satis constare videtur contra Cl. Bourdon, nullum aliud
Sinibus his motum competere, præter eum qui iis pariter ac
Duræ matri ab arteriis per totum cerebrum dispersis (coadju-
vantibus ut ego existimo quadam sympraxi ijs quæ per Mem-
branam ipsam ramificantur,) communicari solet uti olim pe-
ritissimus Fallo p. & Volck. Coiter & alij statuerunt.*

Hanc igitur sententiam meam quo vel adhuc amplectar
vel deferam (nudam enim solum veritatem veneror) ulte-
rioris Scrutinij ergo, experimentum sequens instituturus sum.

Canis superiori parte bregmatis terebrata, Membranam
duram non sine aliqua Sanguinis jactura denudavis. Statim
prius interis carptis cohibita hæmorrhagia, ablutaque San-
guinis aspergine, apparebat Membrane istius, ejusque Sinus
longitudinis qui per Marginem foraminis decurrebat,
motus Syntalticus cordis vibrationis quæ citatior ordinano
erat, æmulus, eique ritmo ad amissim respondens.

Hanc mecum astentes vibrationem per spatium unius
horæ quadrantis conspexerunt, quo elapso, eam hamulo
acuto prehendere tentabam, ut ita ea super ipsum suspensa,

& cultro divisa, cerebri subtus motum satius expiscarer, & ediscerem: factâ autem ejus perforatione, (quam acute per-
sentiscere canis videbatur,) cujusvis antem Convulsionis ex-
pers, insequuta est hamorrhagia, ut prius, brevique simili-
ter restricta.

Eloto Sanguine, particulari isto foramine a punctura ha-
muli in Membrana facta, comparuit Cerebri motus systal-
ticus, parum id Sanguinis qui in eo hærebat, extus pro-
pellens.

Postea cuspide forficis obtuso caute in aperturam Membra-
næ vulneratæ immissa, eam transversim, parte ejus a sinus
longitudinalis transitu maxime remota dissecui, quo facta
se protrusit cerebrum Pia Matre-textum per istam aper-
turam, adhuc manente motu ejus ad tactum satis forti,
licet membrana ipsa, ob vim restitutivam suarum fibra-
rum a plaga accepta diminutam, ad oculos obscurius vibrari
videbatur.

Toto hoc tempore vegetus erat canis, levibus tantum
tremoribus cum quodam horrore per universum corpus
affectus.

Post horas aliquot hisce observandis transactas, quo tem-
pore variis modis excruciatum fuisset animal, multumque
sanguinis effudisset, tandem ut omnem vim pulsicam quæ vel
huic membranæ inesse, vel ei aliunde donari supponi potest
ratione fibrarum suarum, quarum in cap. primo libri supra
citati descriptionem fidelem cum earum varia propagatione
& usu dedi, quarum & beneficio motum primo a cerebro sibi
impersum validius absolvit, adim erem, guttulas aliquot
ol Vitrioli, unde nigro tingebatur colore, in eam leniter
illenebam; Hinc nulla, saltem exigua & obscura ejus per-
cepta est vibratio; non obstante autem hac ejus ad impul-
sum cerebri obsequendum ineptitudine, admoto digito satis
distinctus cerebri pulsus sentiebatur.

Peraâ his, adhuc alacri manente cane, cum cultri mucro-
nem ad unius uncie crassitiem in cerebri molem intrudissem,
vehementer se agitabat canis, & in horribiles corporis
jactationes

jaſtationes, & pedum anteriorum & poſteriorum convulſiones incidēbat; quo tempore immiſſo ut prius in aperturam præfatam digito fortius ſe movebat cerebrum quam antea; oltea ſpectulum profundius adigebam, unde ſenſus dolorifici iudicia maxima dedit; tandem cultro integro uſque ad latus cranij oppoſitum trajecto, horrendi exoriebantur ſpaſmi; & jam quo omnis de cerebri motu dubitatio amoveretur, digitis noſtris tum ego, tum adſtantes pari modo quo alias indentes, Syſtolen Diaſtolenq; ejus cum maximo conixu factam perſenſimus. Quid amplius ad veram genuinamq; motus hujus partis cauſam proxima merendam detegendamq; deſiderari poteſt haud video, modo ad phænomena in hoc experimento occurrentia, quæ omnia abſque ullo ſuſu, ut naturaliter ſe habebant, coram teſtibus omni fide majoribus fideliter enarraviſus, ſedulo attendatur.

Ceterum ne deſint aliorum autoritates, inter plurimas quæ lucem aſpexerunt obſervationes ſequentem inſtar omnium juvat hic annectere, extantem in Miſc. curios German. dectur. 2. An. 4 Anni 1685, obf. 129 a Theod. Moeren que ſic ſe habet.

Grandis hæc contuſio & duram matrem Piamque Membranam ruperat, ipſamque cerebri ſubſtantiam confuderat, & ſanguis ſe ipſis cerebri Glanduloſis cavitatibus inferuerat, quem ſtylo adaptato bombicino flore ſuaviter exſuximus, vulnereq; depurato, debitis Medicamentis extra intraq; adhibitis caput ligamentis involvimus.

Indies æſtimaviſus mirandum, protuberabat enim continuo ſuo pulſu cerebri ſubſtantia ut ut fungoſa, quæ ſui cauſæ ablationem in dies duplicatis, etiam vicibus requirebat, ubi apto licet forſice non potuimus cavere quin non quandoq; hemorrhagiam cauſaremus, que cogeret ut ſtylo etiam ad ipſos oculi tubos deſcendente ſanguinem a cerebri cavernis purgaremus, graviora ſui alias reſtagnatione ſymptomata cauſaturum.

Huic mihi olium cenformem vidiffie contigit, cujus ad multos dies quotidie tractationem a Chirurgo peritiſſimo cum

cum singulis quæ notæ rarioris occurrebant symptomatis speciatim & fideliter calamo exarata adhuc servo.

Quod spectat ad hujus membranæ officium ei a cl. Viro assignatum, quo scilicet strictus compresso cerebri Cortice copiosius gignantur dispensenturque Spiritus Animales ad nervosas integri corporis partes remotiores.

Primo animadverti velim, quam profusa Sobole Arteriarum Carotides cum cerebrum appellant per singulas ejus partes tum medullosas tum corticales propagantur, ita ut juxta Oculatiss. *Malpighium* tertiam ad cæteras omnes in toto corpore proportionem gerere judicentur, quam egomet assertionem, cum eas, postquam primum ceram rubram in cæteras etiam universi corporis injecissem ea repletas contemplassem, haud longe a vero abfuisse merito judicabam.

Secundo, Medullæ Spinalis, (ubi etiam Spirituum animalium generationem tum dispensationem continuam dari necesse est ut concedamus,) corricis inversum prorsus situm, cum scilicet ille intus est & pars medullosa ubi egrediuntur nervi extus, applicatio per se patet.

Hæc pauca habui ad quorundam Doct. Viros molim sententiam traditam stabiliendam, & cui me cogit experimentum olim factum etiam & supra recitatum dare suffragium, & cujus gratia solum hoc novum insuper adjeci, quæ qualia qualia sunt, animo ab omni invidia, contradicendi studio, seu æmulatione libero publici juris esse volui.